

Synopsis Operis.

*Sectio I. De Ortu animæ.*

Anima est monas five ens simplex §. 2. est substantia §. 3. finita §. 4. diversa a corporum elementis & quomodo §. 5. non est ens a se §. 7. oritur ab alio §. 8. Causa ejus non est nihilum §. 9. habere debet mediatam vel immediatam originem §. 12. Non potest mediate oriri §. 13. 14. sed immediate oritur, hinc Creatio §. 15. Creatur a solo Deo §. 16. 17. 18. origo ejus extraduce est notio deceptrix §. 19. 20. genuinis philosophis displicet §. 21. Systema triplex de origine animæ §. 22. Creatiani & Præexisten- tiani quatenus communem causam facere debeant §. ead. Creatianorum sententia nobis placet. *ibid.*

*Sectio II. De Propagatione P. O.*

Cap. I. De Parte Privativa P. O. ejus- que Opposito, Imagine Divina.

Lemmata Theologica petentur ex B. Meisnero, Seb. Schmidio & Rev. Carpovio §. 23. a. Imago & Similitudo quid? §. 23. b. Imago Dei quid? ab- stractive & concretive dicitur §. 25. a. Primariæ forma sigillatim exponitur. *ibid.* Imago Dei secun- daria quid? §. 25. b. an hæc in corpore, imo & in brutis quodam modo locum habeat, disceptatur (§phi Observ.) Imago Dei primaria non fuit sub- stantiale quid in homine §. 26. at secundaria, quia essentialis, hodie superest. §. 27. Propaganda fuit Imago primaria vi fœderis §. 28 non solum erat conditio fœderis promissiva, sed & medium fœdus servandi fuit §. 29. fuit debita posteris §. 30. 31.

Adam pro se possessionem Imag. div. pro poste- ris jus ad Imag. divinam amisit §. 32. Defectus  
hic